Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

non contradicas. Iustitiæ locum non contendas euacuare. Quod
rectum est disputare stude non superare. Plus diligit audire
quam dicere. plus auscultare quam loqui. In principio audi. loque
re nouissimus. finis plus habet honorē. postremus dicas primus
tacas. In omni re finis intendit. extrema quæruntur. Melior
finis quam principium. Melior est nouissimus sermo quam
primus. Venerare autē homines scientiæ meliores ac utilis. Vene
rare unumquēq; pro suo merito sānctis. Potiori gradu conpe
tentem reuerentiam tribue. Secūm dignitatē redde unicuiq;
honorem. Superiori te non estimes æqualē. Senioribus præsta
obedientiām. famulare imperiis eorum. auctoritati cede obsequ
re uoluntati. Defer obsequia iusta maioribus. Obedi cunctis in
bonis preceptis. Ita obtempera homini. ut uoluntatē dei non offen
das. De malis iussionib; non obtēperandum.

Malum facere iussus non ad quiescas. malum facere iussus
non consentias. Noli in malum potestati cuiquam consen
tire quam si pena conare conpellat. si supplicia imminent. si tormē
ta occurrant. Melius mortē pati. quam pniciosa iussa complere.
Melius est abhomine iugulari. quam damnari æterno iudicio.
Non solum factores. sed & conscius peccati teneri obnoxios. Neq;
enim est inmunis abscelere qui ut fieret obediuit. Similis est qui
obtemperat in malum ei qui agit malum. facientē & obsequentem
par pena constringit. A subditis uenerari magis quam timeri stu
de. Subiecti plus te reuereantur quam metuant. Plus tibi officiū
dilectionis quam conditionis necessitate adhereant. Talem te redde
subditis. ut magis ameris quam timearis. Ex reuerentia enim amor
procedit. odium timor affert. fidem metus tollit affectus restituat.
Timor non seruat diuturnam fidē. Vbi timor est audacia sequitur.
ubi metus est desperatio occurrit. Qua propter tēpera diu austeritatē.
Summa bonitate subditos rege. Non sis terribilis in subiectis. Sicut
dominare. ut tibi delectentur seruire. Et in disciplina & in modestia
modum serua. Nec modicum nec satis ignoscas. Tene modum in om
ni opere tuo. Omni re tene temperamentum. nihil intēperantius agas